155

DICTIO DATA ARATORI QUANDO AD LAUDEM PROVECTUS EST
dictata sub die thaema

In laude laus litterarum,

· PRAEFATIO ·

Litterae de proprio laudentur splendida censu,
advena nam cultus nil tribuit genio.
Ebria vestito plus lucem vellere ferre,
persica candentes colla decent lapides.
Non iuvat externo componere membra nitore,
lux naturalis sidere nobilitat.

· NARRATIO ·

Omnibus rebus quae aestimantur digna praeconiis,
ex ibi debita est pro dicendi facultate laudatio ab eloquentiae
dote, mediantibus reddenda sunt litteris quae debentur. Quia
sicut gratuitum munus et opes et animum indicat largitoris,
ita accepta denegari avaritiam et inpudentiam referunt
supprimentis, ibimus (tibi uni) litterarum numini quod de ipsarum
fluenta ab tribus, quantis (quantislibet) ingenium materiae istae campis
praedicationis honoretur, qualibet effluat ubertate
dictorum, de possessionis suae frugibus pasta satiatur. Quia
dum inter directa quae dis posuit propria oculos se moeni-
tate captivat, habet quidem ipsa iocunditatem de gremi-
nibus suis, sed maiores capiunt messes ingeniorum incre-
menta per doctrinam. Itaque qui fenus (foenus) litteris solverit, plus
ditescet, dum per secretiores meatus, quasi per magnos alveos,
quae ad illas directa sunt fluenta, reducuntur. Nec quod per
guttas emiseris, non aliter quam si fere liberatus, longi ius
habeas, possidebis, quis pertinae depositum negat, nisi quid esiae
nit modicus effici dum reservat. Istius rei fructus (quod
mirum dictu est) in se abundantiam refusus excrescit,
dum ieiunus faciat incubantes. Ergo post opem caelestem,
post superni favoris auxilium, ministrae quibus utaris artis
venerenda praeconiis et inventionis tuae bono debes quae
arte fuerint directa gratulare, arte ortae in usu laudis
amplectere, nos nihil manet in hac parte quod dignum sit.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0317